



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1780**

**VD18 90119193**

§. 41. Principum atque Illustrium obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

Sæc. XVII.  
A. C. 1664.

§. XLI.

*Principum atque Illustrium obitus.*

*Priorat. l. c.*  
*l. 3. p. 273.*

Luctuosum hunc annum fecit Austriae Domui Carolus Josephus Imperatoris Frater rebus humanis exemptus & in cælum die vigesima octava Januarii, ut pie speratur, translatus. Hic optimæ ipsi Princeps ac Passaviensis & Olmucensis Episcopus infirmitate quam anno priori artis medicæ operibus luctatus fuerat, denuo oppressus, dum ad Belgii gubernacula a Rege Hispaniæ destinatus eo ire parat, Lincii nondum imenso decimo quarto ætatis suæ anno decessit, eo majore luctu, quo inextinguibilem totius Augustissimæ Domus Austriacæ spes in solo Leopoldo Cæsare & Archiduce Sigismundo Franciscis utroque innupto, residua esset. Obiit etiam hoc anno die decima quarta eisdem Mensis Francisca Magdalena Caroli Emanuelis II. Sabaudicæ Ducis conjux, ac Gastonis Aurelianensis Ducis Filia, de qua jam supra mentionem fecimus.

§. XLII.

*Diversæ Alexandri VII. Constitutiones.*